Neque enim vereor, ne quis hanc operam in literulis apicibusque positam micrologiae cujusdam fucuset.

Lobeck.

De poetarum scenicorum Graecorum vocativo.

De vocativo scribentes consentaneum est de singularis tantum numeri vocativo masculinorum et femininorum nominum agere. Neutra enim nullo in numero, reliqua vero neque in duali neque in plurali formam a nominativo diversam sibi adsciscere possunt, cf. Apollon. de synt. 258, 8 seqq. In his igitur utrum ille an hic casus positus sit, tum tantum dignosci potest, cum articulus adjectus reperitur. Nam neque particula *ὦ* (*ὤ*), quam Apollon. de synt. p. 51 seqq. contra Tryphonem non vocativum articuli, sed interjectionem (*ἐπίῤῥημα κλητικὸν ἄκλιτον*) esse contendit (cujus grammatici argumentationem in brevius contractam invenies ap. Schol. ad Dionys. p. 901) ullius momenti est, quippe quae etiam nominativo apposita legatur, quin accentu significatio distinguatur, neque significatio ipsa aliquid discriminis affert, quum in utroque casu una fere eademque insit; et jam veteres grammatici in vocabulis, quorum nominativus a vocativo forma non differt, uter casus esset dubitabant. Nam Apollonius de pron. 51, 17 dicit: *διστάζεται τὸ παρὰ Μενάνδρῳ· ὦ Αἴχης, Αἴχης πότερον ἐν σχήματί ἐστι τῷ προκειμένῳ* (i. e. num eodem modo dictum sit, quo quae paullo superius allata sunt: *ὦ φίλταθ' Αἴας, ὦ φίλος*) *ἢ δεόντως μετὰ τοῦ ἄρθρου καὶ τὴν πτῶσιν ἔχει τῆς κλητικῆς.* Solus igitur numerus singularis masculin. et feminin. nominum relinquitur, qui facultatem praecipuae in vocativo formae assumendae habeat. Itaque nostrum erit vestigia veterum grammaticorum prementes et quaerere, quae sit illa praecipua vocativi forma quaque ratione effingatur, et quum etiam hic nominativi terminationem saepissime retineri a grammaticis doceamur, perscrutari, quibus in vocabulis forma praecipua aut ea, quae nominativo conveniens, aut utraque promiscue inveniatur. Ab his vero sejungenda et ad eam particulam, in qua de significatione agemus, releganda sunt ea exempla, in quibus non nominativi formam, sed ipsum nominativum pro vocativo usurpatum esse apparuit. Maxime poetarum scenicorum quidem usum investigandum nobis sumpsimus, sed ut tota materies in conspectum veniret, etiam ad reliquorum scriptorum usum respeximus.

I. De vocativi forma et accentu.

Ut Aratus a Jove incipiendum putat, ita nos rite commentatiunculam nostram coepturi ab Herodiani lege videmur. *Ἡρωδιανὸς* (Schol. ad Dionys. p. 799, 12) *φησὶ ἀληθέστατον κανόνα τοιοῦτον, ὅτι πᾶσα κλητικὴ τῆς ἰδίας εὐθείας ἢ ἴση ἐστὶν ἢ ἐλάσσων, μείζων δὲ οὐδέποτε. ἢ γὰρ φυλάσσει τὸ τῆς τελευταίας συλλαβῆς φωνῆεν καὶ δῆλον ὅτι ἴση ἐστὶν ὡς ἀπὸ*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

τοῦ ὁ Ξενοφῶν — ὦ Ξενοφῶν, ἡ καλή — ὦ καλή, τὸ παιδίον — ὦ παιδίον. ἢ ἐὰν μὲν τρέπῃ, οὔτε εἰς ἴσον οὔτε εἰς μεῖζον τρέπει αὐτό, ἀλλὰ πάντως εἰς ἔλαττον. Ὁ Ὀρέστης — ὦ Ὀρέστα τὸ $\overline{\alpha}$ τοῦ $\overline{\eta}$ βραχύτερον. Ὁ Μέμνων ὦ Μέμνον. ἐπὶ μὲν τῆς εὐθείας τὸ $\overline{\omega}$, ἐπὶ δὲ τῆς κλητικῆς τὸ $\overline{ο}$. ὁ Ἀπόλλων ὦ Ἄπολλον. Ὁ Ἀριστοφάνης ὦ Ἀριστόφανες. ἐπὶ τοῦ Ὅμηρος οὖν καὶ ἐπὶ πάντων τῶν εἰς $\overline{ος}$ φυλάττει τὸ $\overline{ο}$ ἡ κλητική ἢ ἐὰν τρέπῃ αὐτό, ὥςπερ καὶ τρέπει, δῆλον ὅτι βραχύτερόν ἐστι τοῦ ο οἷον ὁ Ὅμηρος ὦ Ὅμηρε. Et profecto hic canon, quem etiam Apollon. de synt. p. 56: κλητικὴ οὐδέποτε πλείονι χρόνῳ χρῆται εὐθείας statuit, est verissimus neque unquam sermonem ab eo aberrare ex iis, quae de vocativi usu disputabimus, manifestum erit.

De vocativo primae declinationis.

I. Quod Apollon. de pron. p. 68: τὸ συμπεσεῖν τὴν φωνὴν οὐ ξένον· πλεῖσται γάρ εἰσιν εὐθεῖαι συνεμπίπτουσαι ταῖς κλητικαῖς et vice versa de synt. p. 260, 24: αἱ κλητικαὶ συνεμπίπτουσι ταῖς εὐθείαις pronunciat, statim in introitu vocabula in $\overline{\eta}$ et $\overline{\alpha}$ exeuntia demonstrant, quorum vocativos nominativo pares esse res est notior quam quae aut exemplis poetarum aut grammaticorum praeceptis confirmari debeat, sed, si libuerit, etiam de hac re E. M. 36, 9 et Bekk. Anecd. 1201 coll. Apollon. de synt. p. 56 adeas. Aberravit tamen ab hac norma Homerus a nominativo νύμφη vocativum νύμφα (Il. γ 130 Od. δ 743) fingens. Quidam grammatici teste Eustath. 393, 16 jam in nominativo α correptum esse putaverunt ad vocalium vicissitudinem probandam τόλμη et τόλμα conferentes, sed Eustath. rectius in vocativo tantum metri causa id factum esse statuit. Homeri exemplum secuti sunt Alexandrini vocativum κῶρα Theocrit. 27, 51 et κοῦρα (Callim. hymn. Dian. 72) ultima correpta pronunciantes. Quod Aeolica ratione fieri tradit grammat. in Bekk. Anecd. 1201 praeter νύμφα asserens Ἀφροδῖτα.

II. Vocabula in $\overline{\alpha}\varsigma$ omnia ad vocativum formandum ς nominativi abjiciunt longo α retento cf. Theod. gramm. ap. Bekk. 977, 3, qui Κοχλία Μηνᾶ Ζηνᾶ κερκιδᾶ pro exemplis proponit, quibus addas licet νεανία Τειρεσία Λοξία Λίχα Αἰνέα. Huc referendi sunt etiam vocativi nominum Ἑρμῆς Ἑρμῆ Soph. El. 111 et Μανῆς Μανῆ Aristoph. Lys. 908, qui contractione ex Ἑρμέα Μανέα orti sunt.

III. Vocabula in $\overline{\eta}\varsigma$ similiter atque vocabula in ας vocativum formant detracto tantum ς, sed multo saepius η in α breve mutato.

Vocativum in $\overline{\alpha}$ exeuntem habent ea vocabula, quorum terminationi ης $\overline{\tau}$ praecedit cf. E. M 670, 15.

Primum quae in ης simplici τ praecedente exeunt, hac forma fruuntur: τοξότα Aristoph. Thesm. 931, δέσποτα Eur. Hec. 824 Soph. Philoct. 135. ἀλῆτα Soph. Oed. Col. 162 et 1098 Φιλοκτῆτα Philoct. 432 αἰπυμῆτα Aesch. Pers. 18 πρεσβῦτα Arist. Nub. 358 φθιῶτα Ran. 1264 ξυνθιασῶτα Vesp. 728 προδότα Acharn. 289 φυλέτα ibid. 568 γεννέτα Eur. Troad. 1278 πανδερκέτα Eur. Electr. 1173 θηρατὰ Arist. Nub. 358 αὐλητὰ Eccles. 891 κινητὰ Nub. 1398 μοχλευτὰ ibid. φιλοχρευτὰ Ran. 402 στρατηλάτα Eur. Troad. 449.

Dialectus Jonica discedit interdum ab hac norma vocativum vocabulorum in της per η formans, cujus generis E. M. ex Apollonio affert Αἰήτη, Καλλιλαμπέτη (Anacr. frag. 25 Bergk.) et Ἐναρέτη cf. Priscian. I p. 294 Kr., et ipse Homerus φιλοθερσίτη Od. 22, 287 usurpavit, quamvis a simplici Θερσίτης Θερσῖτα flectit cf. Bekk. Anecd. 1189.

Porro et quae ante exitum $\overline{ης\ \sigma\tau}$: Ὀρέστα Eur. Or. 571 Soph. Elect. 6. παρασπίστα Eur. El. 890 κεράστα Cycl. 52 κηδεστὰ Arist. Thesm. 210 ἐραστὰ Vesp. 474 et Eur. Heracl. 377, et quae $\overline{\pi\tau}$ vel $\overline{\kappa\tau}$ vel $\overline{\nu\tau}$ habent, vocativum in α desinentem adsciscunt: παντόπτα Soph. Oed. Col. 1088 διόπτα κατόπτα Arist. Ach. 435 κεκράκτα Eq. 304 κεραυνοβρόντα Pac. 376 συκοφάντα Dem. pr. cor. 264.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Praeterea brevi *α* terminantur composita in *πης*: *χρυσῶπα* Eur. Bacch. 519 et fortasse *εὐῶπα* in Soph. Oed. T. 187, ubi scriptum legitur: *ὦ χρυσέα θύγατερ Διὸς Εὐῶπα πέμψον ἀλκὰν*, si quidem haec forma, ut Brunckio placet, vocativus ab *εὐώπης* declinatus et cum *θύγατερ* construendus est, cujus enallagae Lobeck. ad Aj. v. 323 exempla attulerat. Sed in Parall. p. 269 Hermanni conjecturam *εὐῶπι* scribendum proponentis probat, *εὐῶπα* ad *ἀλκὰν* quin referatur, sententia prohiberi contendit. Haec vocabula omnia poetica esse et poetarum more vocativum in *α* desinentem habere tradit E. M. 670, 15.

Vocabulis, quorum vocativus in *α* exit, adjicienda sunt omnia substantiva verbalia, quae terminatione *ης* consonanti verbi affixa formantur. Matthiaeus § 67 adn. 2 eorum tantum substantivorum, quae cum verbis *μετρέω*, *πωλέω*, *τρίβω* composita sunt, vocativum in *α* exire contendit eademque Buttmanni sententia videtur esse, qui § 34, 4 complura verbalia hac forma uti dicens eadem quae Matthiaeus exempla *γεωμέτρης*, *μυροπώλης*, *παιδοτρίβης* affert. Sed in adnotatione ea regula, quam proposuit, omnia verbalia composita contineri suspicatur idque tum intellectum iri ait, si vocativi aliorum hujus generis verborum, qualia sint *νομάρχης*, *χοραύλης*, *ὀλυμπιονίκης* allata fuerint. Itaque quamquam certa hujus generis exempla (nam, quod antea in Soph. Oed. Col. 1085 legebatur *παντάρχα* ab Hermanno facili emendatione in *πανταρχέτα* mutatum est) reperire non potui, tamen regulam accuratius definitam proposui, quia Theod. grammat. in Bekk. Anecd. 978 diserte tradit vocabulorum in *ης* a verbis compositorum vocativum in *α* exire, cui assentitur Choerob. in E. M. 670, 15.

Denique nomina gentilicia *α* assumunt: *ὦ Σκύθα* (e. g. Arist. Thesm. 1112) *ὦ Καππαδόκα* cf. E. M. l. c., *ὦ Πέρσα* Theod. Bekk. Anecd. 977, 30, quamquam Heraclides in libro de oraculis teste grammat. Bekk. Anecd. 1189 etiam *ὦ Πέρση* dixit, qui est legitimus vocativus andronymi *Πέρσης* e. g. Hesiod. opp. 17.

Alpha in his vocativis corripi evidentissime docent ii loci, in quibus elisum est ut in Soph. Philoct. 432 *Φιλοκτῆτ'* et saepissime alias, neque refutant hanc certissimam regulam ejusmodi loci, in quibus *α* productum reperitur. Nam clarum est vocativum propter ipsam naturam suam maxime aptum esse ad terminationem voce sublata producendam. Sic in Soph. Oed. T. 1195 *Οἰδιπόδα* insequente muta cum liquida solo ictu, qui dicitur, producitur, qua de re cf. Spitzner. pros. § 9, e et § 19, 2. Quamobrem non dubitavi v. c. *ἐραστὰ* in Eur. Heracl. 377, quamquam *α* per metrum longum est et *στρατηλάτα*, quamquam in syllaba versus ancipiti positum est, in numerum vocabulorum, quorum vocativus in *α* breve exit, recipere.

Reliqua vocabula in *ης* et composita et simplicia *η* in vocativo servant; pro exemplis grammatici afferunt *ὦ Εὐριπίδη*, *ὦ μισογύνη*, *ὦ Μηριόνη*, quibus ex nostris scriptoribus addi possunt *Ἄιδη*, *Πυλάδη*, *Ἀτρείδη*, *Κεκροπίδη*, *Τισιάδη*, *Ἐρεχθείδη*, *Αἰγείδη*, *Χαριτιμίδη*, *Φιδιππίδη*. Ut huic normae repugnantes a grammaticis E. M. 670, 15 et Bekk. 1189 hi tres vocativi proferunter: *Πυραῖχμα*, *Μεναῖχμα* et *λάγνα*. Vocativus *Οἰδίποδα* vulgo in codd. et recensionibus (e. g. Eur. Phoen. 1532 Matth.) cum proparoxytonesi exhibetur, quem accentum Aeolicae dialecto convenientem L. Rossius in Diurn. ant. 1851 N. 49 etiam nominativo et accusativo restituendum suspicatur, Hermannus vero in loco Sophocleo (Oed. T. 1195) *Οἰδιπόδα* a nominativo *Οἰδιπόδας* repetitum paroxytonos scripsit.

Haec autem lex de accentibus vocativorum hujus declinationis valet: Casus vocandi in ea, qua nominativus, syllaba habet accentum, ita tamen variatum, ut leges de accentibus generales efflagitant. Una tantum vox *δεσπότης* in vocativo accentum retrahit *ὦ δέσποτα* Soph. Philoct. 135 et infinitis aliis locis. Bekk. Anecd. 1104, 11 et 1242 et E. M. 282, 14 Herodian. Lehrs. p. 201 coll. p. 202 et Philem. p. 60 praeter *δέσποτα* eximunt, hic solum *ἀκάκητα*, illi *ἀκάκητα*, *εὐρύοπα*, *μητίετα*, quae, quum monoptotae Aeolicae declinationis nomina sint, in vocativo (e. g. Hesiod. th. 614 *ἀκάκητα Προμηθεῦ*) eundem, quo nominativus signatus est, accentum habere non mirum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

est cf. Lobeck. Parall. p. 185. *Δεσπότα* in Eur. Bacch. 541 sine ulla dissensione cum significatu vocativi (*μόλε Βρόμιε*) legitur, sed proparoxytonesin *δέσποτα* utique praeferendam opinor, quum in tali re libris non multum tribuendum videatur.

Quod in secunda declinatione saepe fieri videbimus, ut pro vocativo nominativi forma ponatur, in hoc declinatu nusquam reperimus, nam in Trach. 1029 *ὦ γλυκὺς Ἅιδης* pro vero nominativo haberi potest cf. infra.

De vocativo secundae declinationis.

In secunda declinatione vocativus *adjectivorum in ος*, quamquam praecipuam in ε exitum habet, saepissime tamen nominativo par est, quod clarissime apparet ex iis locis, in quibus adjectivum secundi declinatus nominativi forma praeditum cum vocativis genuinis conjungitur, quales sunt Rhes. 385 *ἐσθλὸς ἐσθλοῦ παῖ*, ubi plerique codd. hoc, pauciores *παῖς* habent, et Troad. 1073 *ὦ φίλος, ὦ πόσι* Androm. 521, cum quo loco componit Bergk. rell. comoed. Att. p. 347 Eupolidis *ὦ μοχθηρός*, et 522 *φίλος, φίλος ἄνες*, Soph. Oed. Col. 1697 *ὦ πάτερ ὦ φίλος;* in Eurip. Cycl. 73 uno versu duplices formae leguntur *ὦ φίλος ὦ φίλε Βάκχιε;* praeterea sic *φίλος* invenies in Suppl. 276 Androm. 1187 Iph. T. 812 et multis all. ll. Quem usum formae *φίλος* Homero jam familiarem (e. g. Od. XVII, 172 et 415) Apollon. de pron. p. 26 et Priscian. II p. 103 Kr., Eustath. p. 1469, 57 Atticorum proprium esse tradunt. In iis vero locis, ubi *ὦ κλεινὸς πόσις, ὦ κακὸς εὐνάτωρ, ὦ πολύμοχθος Ἄρης* et his similia inveniuntur, formam in *ος* non vocativum, sed merum nominativum existimem item atque in hujusmodi exemplis *ὦ ποθεινὸς ἁμέρα, ὦ παννύχιος σελάνα*. Nam quamquam et *ἁμέρα* et *σελάνα* etiam pro vocativis haberi possunt, tamen propter significationem satius videtur eas formas nominativos esse putare.

Substantiva in ος vocativum nominativi similem apud nostros certe poetas non habent, quamquam grammatici etiam hunc usum Atticis tribuunt e. g. grammat. ap. Gregor. p. 688, qui *ὦ ἄνθρωπος* pro *ὦ ἄνθρωπε* proponit. Apollon. de pron. p. 140 ex Il. III, 277 *ἠέλιος ἀντὶ τοῦ ἥλιε* affert et componit hunc usum cum parallage verbi personarum *διώκετον* pro *διωκέτην* et modorum *δέχεσθαι* pro *δέχεσθε* addens *ἔθισμα διαλέκτων* esse, in quo de dialecto Attica eum cogitasse ostendunt ejusdem loci infra, ubi de vocativo *οὗτος* agitur, proponendi. *θεὸς* euphoniae causa etiam in vocativo *θεὸς* pronunciatum esse Buttmannus docet, ex veteribus grammaticis scio neminem, qui hoc affirmatim edixerit, neque certum, ex quo hic usus appareat, exemplum habeo, neque in composito *Ἀμφίθεε* Arist. Ach. 176 compositura duorum ε̄ auribus ingrata fuit. Sed formam *θεὲ* apud Byzantinos demum scriptores invaluisse docet Passov. lex. s. v.

De vocativo contractorum in *οος, ους* cf. Buttm., qui etiam de *δορυξέ* in Arist. Pac. 1261 agit. Vocativum substantivorum Atticae declinationis in *εως* nominativo parem esse tradit Theod. gramm. p. 985, 7; iis locis, ubi nos hujusmodi vocabulum *λεώς* invenimus, adjectivum appositum *Ἀττικὸς λεὼς* Aesch. Eum. 681 *πολισσοῦχος* ibid. 775 et *ἀστικὸς* ibid. 997 merum nominativum esse probat.

De vocativo tertiae declinationis.

In tertio declinatu idem, quod in secundo animadvertimus, sed multo saepius fit, ut vocabula, quae propriam vocativi formam assumere possunt, tamen pro ea nominativi exitum retineant. Disquirendum igitur erit nobis, quanam ratione poetae nostri vocativum hujus declinatus fingant, quae apud eos vocabula proprium finem, quae nominativi terminationem, quaeque modo hanc modo illam formam sibi vindicent. Sed haec est res sane difficillima, nam propter minimum utriusque formae discrimen et codd. et recensiones valde inter se discrepant, et quum ea exempla, in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quibus diversitate formae etiam temporis ratio sive quantitas mutatur, saepissime in fine versus scripta legantur, et si in ipso versus cursu reperiuntur, raro ita posita sint, ut alterius formae eligendae necessitas sit, ne metrum quidem ita multum ad litem dijudicandam confert. n universum igitur scripturam, qualem in recensionibus ad optimos libros expressis invenimus, adoptavimus, in Aeschyli et Sophoclis tragoedicis Hermanni, in Euripidis Matthiaei, in Aristophanis comoediis Theodori Bergkii auctoritatem secuti, et librorum discrepantiam tum demum enotavimus, si quid ad rem interesse videbatur.

In vocativis hujus declinationis ordinandis rationem eam secutus sum, ut, quum hunc casum ad vocabulorum formam principem maxime accedere Herodiano duce demonstrare vellem, tres ordines distinguerem, in quorum primo vocativi abjecto tantum ς finali, in altero restituta stirpis consonante propter symplocen in nominativo elisa, in tertio longa nominativi syllaba correpta origini assimilantur, et in unoquoque horum ordinum ea adnotarem, quae ab hac norma in poetarum nostrorum usu abhorrere videbantur.

I. In primo igitur ordine ς finali detracto vocativus effingitur.

E vocabulis in ευς, ους, αις, αυς, υς, ις, quae hanc formationem sequuntur, primum vocabula in ευς, quae omnia personam designant, vocativum non aliter declinant nisi ut ς finali destituantur pro acuto nominativii circumflexo adoptato, de quo accentu cf. Bekk. Anecd. 1236.

E vocabulis in αις et ους duorum tantum παῖς et πούς vocativum legimus. Et παῖς quidem semper in vocativo παῖ habet. Nam illo loco, quem jam supra attulimus, Rhes. 385 ἐσθλὸς ἐσθλοῦ παῖ et Iphig. T. 1440 παῖ — Θόας scriptura παῖς eo fortasse orta est, quod librarii vocativum παῖς appositis formis ἐσθλὸς et Θόας assimilare voluerunt. Vocabulum πούς est in numero eorum, quae propter notionem in communi usu appellari non solent et ob eam rem, si apud poetas in invocatione positum reperitur, non in proprio vocativo ποῦ, sed in nominativi forma legitur ut in Hec. Eur. 116 Soph. Phil. 786, 1161 Aeschyl. frag. 271 atque etiam, si adjectivum in praecipua vocativi forma ei adnectitur ut in Troad. 1260 ὦ γεραιὲ πούς, quod idem legitur in Jone 1041. Genuinam autem vocativi formam ποῦ esse nomen proprium a πούς ductum Οἰδίπους docet, quod, quamquam vulgo in casu vocandi Οἰδίπους habet, tamen interdum formam regulis convenientem Οἰδίπου assumit. Non enim recte facere videntur Elmsleius et Reisigius, qui, quod Οἰδίπους duodecies apud Sophoclem Oed. T. 14, 646, 737, 1073, 1422 Oed. Col. 14, 462, 646, 760, 1042, 744, 1623 pro vocativo sit, in tribus locis, in quibus Οἰδίπου legitur Oed. T. 405 Col. 557 et 1346 Οἰδίπους scribendum censent, neque Hermannus sibi in hac re constat, nam quamquam ad Oed. T. 405 libros sequendos statuit, ibique et in Oed. Col. 557 Οἰδίπου retinuit, tamen in Oed. Col. 1346 pro librorum scriptura Elmslei auctoritate ductus Οἰδίπους in textum, qui dicitur, recepit. In Euripidis fabulis, in quibus vocativus nominis Οἰδίπους bis legitur, Matthiaeus in Phoen. 1543 Οἰδίπου et in ead. fab. 1425 Οἰδίπους exhibuit. — τοῦ γραῦς vocativus est ap. Arist. Thesm. 1073 γραῦ.

E vocabulis in υς unius tantum πρέσβυς vocativus ὦ πρέσβυ infinitis locis semper in hac forma legimus. Adjectiva in υς velut ἡδύς ταχύς Theod. gramm. p. 982, 31 detracto ς vocativum formare docet, sed ejusmodi vocabulorum vocativum omnino non invenimus.

Quartam hujus ordinis classem efficiunt vocabula in ις, quae, quin certam legem perspicere possimus, modo ς abjiciunt modo retinent. Optimum duximus hujus classis vocabula secundum significationem, licet ea non ita multum discriminis afferat, ordinare et considerare, quo in ordine haec vel illa vocativi forma saepius inveniatur.

Primum igitur *nominum propriorum* ratio habenda est, quippe quae natura et indole maxime ad propriam vocativi formam assumendam accommodata videantur. — Nomina propria dearum ς vulgo abjiciunt: Κύπρι Hippolyt. 116, 415, 522, 1259, 1271, 1451 Suppl. 543 Helen. 1098 Iph. Aul. 543, Arist. Eccl. 965 Ἴρι Herc. fur. 852 Θέμι Med. 162 Νηρηΐ Iph. Aul. 1050, Ἄρτεμι Phoen. 192, Med. 162, Hippolyt. 64, 71, 227, uno loco excepto Iph. Aul. 1546, ubi secundum Porsoni versus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

emendationem Ἄρτεμις loco Ἄρτεμι metro repugnantis legendum est. Eadem ratione vocativus deae vindicis fingitur Νέμεσι et in Eur. Phoen. 183 et in Soph. Electr. 782 secundum eundem Porsonum ad l. Phoen.

Nominum propriorum mascul. gener. in ις, de quibus cf. Theodos. 980, 30 apud Sophoclem et Aeschylum nullum, apud Euripidem unum tantum in vocativo positum reperimus Πάρις, quod et in Iph. Aul. 563 et in Helen. 691 exitum nominativi retinet, apud Aristoph. leguntur Θέογνι Acharn. 11, Δικαιόπολι ibid. 823, 1047, 1084, Βάκι Eq. 123, Γλάνι Eq. 1035.

Substantiva appellativa in duas classes distribui possunt, quarum altera ea, quae personam, altera, quae res significant, continentur.

Appellativa, quae *personam designant*, aeque atque nomina propria maximam vocativi formandi facultatem habent, sed tamen ut illa nonnunquam in forma nominativi leguntur. Praecipuum casum vocandi assumunt haec, quae generis sunt communis λάτρι in Eur. Hec. 604, κάσι Soph. Oed. T. 1442 et σύγκασι in Eur. Alc. 423, μάντι in Soph. Antig. 1663 et πρόμαντι in Eur. Jon. 683, praeterea haec, quae feminini sunt generis νεᾶνι Eur. Androm. 193, Iph. T. 605, Iph. Aul. 1381, Helen. 996, 1228, γλαυκῶπι Arist. Thesm. 318 et unum, quod masculinum est, πρύτανι Eur. Troad. 1279 Arist. Thesm. 936, quocum componas βορβοροτάξι Arist. Eq. 309. Substantivum enim πόσις in vocativi forma sibi non constat; nam modo ς finale abjicit Alc. 335, Iph. Aul. 1116, Troad. 954, 1073 Arist. Thesm. 913, modo retinet Helen. 636, Iph. Taur. 981, Troad. 589 μόλοις ὦ πόσι Seidlerus ad antistropham accomodaturus πόσις scripsit, Hermannus antistrophicum versum corruptum existimans scripturam codd. πόσι servavit. Ab his, quae modo attulimus, exemplis diversum est illud, quod legitur in Eurip. Helen. 1399 ὦ κλεινὸς ἡμῖν πόσις, ubi ex apposito κλεινὸς nominativum merum esse concludas.

Substantiva appellativa in ις, quae non personam, sed *res sive animatas sive inanimas vel actionem* significant, quae in communi sermonis consuetudine appellari non solent, hanc ipsam ob causam, si quidem in poetarum oratione appellantur, multo saepius nominativi exitum servant quam praecipuum vocativum sibi adsciscunt.

Vox πόλις ex hac classe maxime ad vocativum formandum idonea est, quum ejus notio personas in se contineat, sed etiam si vere eam quis alloquitur ut in Troad. 45 χαῖρε ὦ πόλις in Phoen. 613 et in Med. 168, ubi arctissime cum vocativo πάτερ cohaeret, Arist. Plut. 601, Acharn. 75, Eq. 273, vulgo tamen nominativi forma obtinet: Phoen. 629, Hipp. 879, Androm. 1, ubi nonnulli codd. πόλι praebent, Androm. 1187, Suppl. 376, 870, Bacch. 1320, Heracl. 758, 896 Troad. 1308 et 1322, Heracl. fur. 855, Electr. 1335 et ap. Soph. Philoct. 1185, Antig. 834, Oed. T. 629, Electr. 1405, uno tantum loco Androm. 1152 codd. in forma πόλι congruunt, quae exstat etiam in Aristoph. Ach. 971 et frag. Georg. 7 Both.

Reliqua hujus classis vocabula praecipuum vocativum habere non solent; ὄρνις Iph. T. 1058, φύσις Orest. 126, Arist. Ran. 1451, πρόσοψις Helen. 636, πατρίς Med. 332 Eurip. fragm. ap. Lycurg. contr. Leocr. p. 208 ἀκτίς Med. 1241 et Soph. Electr. 1076, qua eadem in fabula v. 989 κρηπίς legitur. Quamquam totam hanc rem in poetae arbitrio positam esse docent hujusmodi exempla: Eur. Bacch. 543 ἔνοσι πότνια, si scriptura certa est, Oed. T. 380 τυραννί et 151 φάτι, quod contra in Aj. 173 φάτις legitur, cujus variationis causa vix perspici potest, nisi forte postremo loco insequens vocalis aliquid momenti attulit, in Arist. Vesp. 963 ὦ τυρόκνηστι joci causa dictum est.

Feminina adjectivorum in $\overline{\text{της}}$, quae in $\overline{\text{τις}}$ exeunt, ς in vocativo omittunt: δενδρῶτι πέτρα Heracl. f. 770 παμβῶτι γᾶ Soph. Philoct. 391.

Ea vocabula, in quibus ς *finale cum stirpis consonante coaluit*, hoc ς privari non possunt, sed habent eundem casum rectum atque casum vocandi e. g. νύξ Hec. 67 et Πέλοψ Helen. 387 cf. Theod. 990, 5. Duo tantum vocabula eximenda sunt hac norma: γύναιξ forma supposita nomina-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tivi γυνή et ἄναξ. Illud semper ξ abjicit et γύναι format. e. g. Hec. 103 Aj. 261, hoc in deorum invocatione vocativum ἄνα, quem Ἰωνικῶς dici grammat. in Bekk. Anecd. 930, 18 perhibet, pro vulgari ἄναξ habet in Soph. Oed. C. 1482 et Arist. Eq. 1297. Mira sane est Eustathii p. 423, 12 et 1057, 35 explicatio formae ἄνα, quam cum praepositione ἄνα cohaerere et sententiam adjectivi οὐράνιος habere putat, sed recte altero horum locorum addit ἢ ἀπὸ τοῦ ἄναξ ἀποβολῇ τοῦ διπλοῦ γέγονε ὁμοίως τῷ γύναι et p. 345, 14 pronunciat ἡ κλητικὴ τοῦ ἄναξ ὁμοιότητα ἔχει πρὸς τὸ γύναι, ὃ καὶ αὐτὸ ἀποβολὴν δοκεῖ παθεῖν τοῦ ξ, καινότερον cf. Apollon. de adverb. in Bekk. Anecd. 548, qui cum his componit ὑπόδρα pro ὑποδράξ.

II. Secundus ordo est vocabulorum in ᾱς, quae stirpis consonantem propter symplocen in nominativo elisam in vocativo rursus sibi assumunt et quidem α, quod in casu recto longum fuit, correpto. De vocabulis in ᾱς tantum hic dico, quia vocabulorum in εῖς, quae technographi cum his componunt et triplici ratione vocativum effingere et e. g. et χαρίει et χαρίεν et χαρίεις dici tradunt Bekk. Anecd. 981, 261 nullum exemplum inveni. Sed etiam haec in ᾱς vocabula multo saepius nominativi exitum retinent quam regulam illam modo propositam sequuntur. Sic adjectivum τάλας tribus tantum tragicorum locis in Eur. Med. 979 et Soph. Phil. 1196 et Eur. Med. 1046 legitur, in quorum duobus prioribus modo syllaba brevis in τάλᾰν consonante insequente producitur et Elmsleius fortasse hanc ipsam ob causam τάλας scribi mavult. Praeter hos igitur tres locos semper nominativi forma pro vocativo usurpatur sive metrum eam poscit sive alteram etiam admittit: in Hec. 1009 Orest. 377, 515, Hippol. 846, Iph. T. 614, 700, Helen. 762, 777, 1296 et in Soph. Philoct. 339, Oed. T. 1212, Aj. 886, 908, 1004, Antig. 228, Aesch. Prom. 595 et δυςτάλας in Hippolyt. 1397 ὦ δυςτάλας σὺ-πάτερ, a quibus separandi sunt et ii loci, in quibus per τάλας exclamatio, non appellatio fit, cujus generis est e. g. Orest. 154, 157, 318, ubi chorus de dormientis Orestis calamitate exclamans lamentatur, et ii, in quibus τάλας non ad tertiam, sed ad primam personam referri debet suppleto ἐγώ, quo pertinet e. g. Orest. 576 ὦ τάλας ἔοικέ σε, ubi secundum scholiastam ἐγώ supplendum neque τάλας ad σὲ referendum est. Apud Aristoph. uno loco Acharn. 454, ubi τάλας insequente consonante scriptum legitur, excepto semper τάλαν obtinet Plut. 1055, Ran. 559 Thesm. 644, Eccl. 124, Lys. 910, 914 Eccl. 658, tametsi ea forma postremo tantum loco necessaria est.

Eadem ratione etiam in nominibus propriis in ας, αντος nominativi terminatio formae in αν exeunti praefertur. Nullus enim locus reperitur, in quo, etiamsi in codd. quibusdam exitus αν legatur, non simul scriptura ας praebeatur et optari posse utramcunque velis ex eo apparet, quod omnibus locis per metrum utramque formam usurpari licuit. Sed quum grammatici veteres, quos laudat Lobeckius ad Aj. 89 diserte doceant Atticos formam nominativi in his vocabulis praetulisse, omnibus undecim locis, in quibus ap. Sophocl. nomen Αἴας in vocativo reperitur, in Aj. 89, 289, 361, 480, 520, 524, 585, 904, 956, 975, 991 Lobeckius Αἴας retinuit, quamquam Hermannus 89, 904 et 991 Αἶαν scripsit. In Euripidis tragoediis nomen Θόας duobus locis Iph. T. 1401 et 1440 loco vocativi in hac forma sine ulla librorum varietate legitur.

De vocativo in ᾱ exeunte scenicis poetis ignoto, qui legitur e. g. in Hom. Od. 8, 141, cf. Bekk. Anecd. 1184, Eustath. 299, 20 Schol. ad Aesch. Prom. 428.

III. Tertius ordo est eorum vocabulorum, quae vocalibus ῑ et ῡ, quas in fine nominativi habent, correptis vocativum fingunt, quod praeter pauca exempla, quae statim afferemus, ea tantum faciunt, quae etiam in reliquis casibus obliquis ῑ et ῡ habent. Sed ne haec quidem regula semper a poetis servatur, sed item atque in ordine priore forma nominativi saepe retinetur.

Hujus ordinis vocabula in quatuor classes distribuere possumus, quorum primae vocabula in ῆρ, alteri vocabula in ῆς, tertiae vocc. in ῶν, quartae vocc. in ῶρ adscribimus.

Vocabulorum in ηρ trium μήτηρ, Δημήτηρ et θυγάτηρ vocativos reperimus et quidem semper syllaba ultima correpta μῆτερ e. g. Hec., Δήμητερ e. g. Arist. Plut. 555, θύγατερ Hec. 331.

Vocabula in ης, quae sunt propria nomina, nunquam vocativum nominativo parem, id quod

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diserte tradunt grammatici in Bekk. Anecd. p. 1190, neque per metaplasmum fictum in η, quem iidem Atticis familiarem dicunt, apud nostros certe poetas habent, sed semper ultimam in vocativo corripiunt: *Αἰτόμενες* Arist. Vesp. 1275 *Κλείσθενες* Thesm. 634 *Πολύνεικες* Soph. Oed. C. 1399, 1416, 893 Eurip. Phoen. 458, 465, 568, 1250, 1498 *Σώκρατες* Arist. Nub. 219 *Διόμηδες* Rhes. 561, 618 *Εὐρύσακες* Aj. 333, 572 *Ἀρίφραδες* Thesm. 129.

Nomina propria a *κλέος* composita grammatici modo laudati in vocativo nominativi exitum retinere docent, sed nostri poetae neque hanc normam sequuntur neque reliquas formas, quas Atticis assignant, omnes usurpant, nam neque v. c. *Ἡρακλῆς* neque *Ἡρακλες* neque *Ἡρακλῆ* neque *Ἡρακλέη* dicunt, sed hujus vocabuli vocativus est aut *Ἡράκλεις* Eur. Alc. 496, 535, 547, 1069 Herc. fur. 168, 485 Arist. Ach. 94, 284 aut *Ἡράκλεες* Herc. fur. 172. De diversis hujus vocis vocativis cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 634, qui idem de vocativi metaplasmo (*ὦ Σώκρατες ὦ Ἀριστόφανε*) conferendus est in Parall. p. 182. *Ἐτεοκλῆς* in Eurip. Phoen. 529 et 677 et Aesch. Sept. 39 formam non contractam, in Sept. 980 contractam assumit. Neque comicis poetis per diaeresim prolatam formam inusitatam fuisse docet Bergk. in rell. Com. Att. p. 107, qui in Cratini fragm. *ὦ Μεγάκλεες* scripsit Eupolidis exemplo *Ἱερόκλεες* nixus.

Vocabula in ων modo vocalem in ultima corripi patiuntur modo longam retinent.

Nomina propria brevem in vocativo vocalem accipiunt: *Αἶμον* Soph. Antig. 568 *Ἰᾶσον* Eur. Med. 573, 858, 1296 *Παλαῖμον* Iph. Taur. 200 *Ἀγάμεμνον* Eur. Hec. 735, 768, 878, 1090, 1153, 1163, 1209, Orest. 1227 Iph. Aul. 3, 30, 305, 405, 1197 Iph. T. 20 Electr. 124 praeter unum *Κρέων*, in cujus vocativo codd. et recensiones valde inter se discrepant. In Sophoclis fabulis Hermannus, quem cf. ad Oed. T. 1459, scripturam librorum secutus in Oed. T. 637 et 1459 *Κρέων*, in Antig. 211 et 1058 *Κρέον* dedit. Apud Euripidem Matthiaeus, quamquam apud hunc quoque poetam libri velut in Med. 1296 et saepius in scriptura dissentiunt, tamen omnibus, quibus hujus nominis vocativus invenitur, Phoen. 700, 770, 774, 849, 867, 880, 960, 1322, 1337, 1330, 1620, 1625 Med. 284, 296, 311, 341 formam *Κρέον* in textum, qui dicitur, recepit.

E nominibus appellativis *γέρων* et apud Euripidem et ap. Soph. innumeris locis, quos afferre longum est, et ap. Aristoph. Ach. 397 semper *γέρον* habet, quam formam etiam E. M. 226, 44 *ὦ γέρον διὰ τοῦ ο μικροῦ* probat. Vocabuli *γείτων* vocativus apud Aristoph. Vesp. 389 *γείτων*, ibid. 874 *γεῖτον* est. Vocis *δαίμων* vocativus *δαῖμον* in Soph. Trach. 1021, Oed. T. 1311, in Oed. Col. vero *δαίμων* ab Hermanno scribitur, in Eurip. Hippolyt. 867, Alc. 396, Androm. 1013, Iph. T. 154, Rhes. 56, Bacch. 390, Helen. 455, Jon. 572 *δαῖμον* legitur. Eadem forma est apud Aesch. Pers. 467, 510, 847 Sept. 102 et ap. Arist. Eq. 108, Pac. 1251, Nub. 1265. Adjectiva ab hoc vocabulo composita modo ultimam syllabam corripiunt *δύςδαιμον* Eur. Alc. 267, *κακόδαιμον* Arist. Plut. 386, Ran. 1058 Av. 1567 Eq. 7, 1194 Pac. 367, 747, 1210 *τριςκακόδαιμον* Pac. 1271 modo vocalem longam retinent *δυςδαίμων* Eurip. Troad. 98, *εὐδαίμων* Aesch. Prom. 648, interdum, ut hoc postremo loco, libris et in forma et in accentu discrepantibus.

Adjectivum *τλήμων* sive *τλάμων* modo in *ον* modo in *ων* desinit. Apud Sophocl. in Trach. 1102, Oed. T. 1299 Oed. C. 982, Antig. 229 et 1213 Hermannus *τλῆμον* scribit, in Ajace vero idem *ὦ τλάμων πάτερ*, quo loco Lobeckius *τλᾶμον* habet, et Electr. 147 *ὦ παντλάμων Νιόβα* et in Oed. Col. 185 et 203 formam in *ων* exhibet. In Euripidis tragoediis exitum *ων* legimus in Hec. 166, 194 Orest. 1376 Hipp. 554 Androm. 349, 490, *τλῆμον* vero in Hec. 705, 746, 757, 1061 Orest. 848, 1608 Phoen. 1352 Med. 116, 1223, 1264, 1296 Hipp. 336, 1379, 1384 Alc. 144, Androm. 123, Iph. Aul. 124, Iph. T. 368, 385 Hec. 109, 681, 876 Jon. 310, 752 Electr. 131 et 402 et in Aesch. Prom. 615. Praeter haec frequenti usu pervulgata vocabula reperiuntur haec composita: *κατάπυγον* Arist. Thesm. 200 *παγκατάπυγον* Lys. 137, *ἁλίμεδον* Arist. Thesm. 323, sed *παλαίχθων Ἄρης* Aesch. Sept. 101 et *αὐθαίμων* Soph. Trach. 1029 veros nominativos cum vocativi significatione esse infra videbimus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Adjectivorum, quae in φρων exeunt, vocativi modo longam modo brevem syllabam ultimam habent: κακόφρων Heracl. 372 ταλαίφρων γύναι Soph. Aj. 887, ταλαῖφρον Antig. 37 et ὀνειρόφρον Hec. 696. In Soph. Aj. 908 et 912 scripturam στερεόφρον et ὠμόφρον falsam et στερεόφρων et ὠμόφρων ut veros nominativos ad verba ἐξανύσειν et οἰμώζεις referenda esse clarum est.

E vocabulis in ωρ nomina propria semper syllabam ultimam in vocativo corripiunt Πολυμῆστορ Hec. 948, 953, 1092 Ἕκτορ Rhes. 10, 23, 41, 76, 87, 386, 484, 639, 948, 982 Troad. 675, appellativa modo corripiunt παιδολέτορ Med. 1383 ἀλεξῆτορ Soph. Oed. C. 141 παμμῆτορ Aesch. Prom. 90, κτίστορ Arist. Av. 926 ἐφάπτορ Aesch. Suppl. 519, modo longam retinent ἀκέστωρ Androm. 882 ὦ Φοῖβ' ἀκέστωρ προπάτωρ, Soph. Aj. 380 ὦ Ζεῦ προπάτωρ, ubi Hermannus adnotat codd. quosdam προπάτορ vel πρόπατορ praebere.

Ex hac regula generali, secundum quam vocabula η et ω circumscriptis iis, quae supra exposuimus, in vocativo corripiunt, excipienda sunt omnia vocabula oxytona, quae semper vocativum nominativi similem habent Ὑμήν, ἀήρ, αἰθήρ, κηδεμών, ἀλαζών, Παφλαγών, τερηδών, ἀλεκτρυών, κυών, ἀλκυών.

Sed hoc de substantivis tantum valet, adjectiva enim, quamvis grammatico in Bekk. Anecd. 1190 obnitente et ὁ δυςτυχὴς ὦ δυςτυχής praescribente, cujus formae testem citat Menandrum ὦ δυςτυχής, τί οὐ καθεύδεις; regulam illam primariam sequuntur Eurip. Med. 1264 κακοτυχὲς γύναι, Rhes. 230 ὦ παγκρατὲς Ἄπολλον, Troad. 395 πρεσβυγενὲς Πρίαμε, Cycl. 350 διογενὲς θεά, Arist. Nub. 358 πρεσβῦτα παλαιγενές, Aesch. Pers. 705 εὐγενὲς γύναι Arist. Thesm. 317 παγκρατὲς κόρα ibid. 367, Aesch. Sept. 238 et Suppl. 784 παγκρατὲς Ζεῦ, Aesch. Sept. 110 Ζεῦ πάτερ παντελές, ex poeta Dorico καὶ τὺ Διὸς θύγατερ μεγαλόσθενες affert Apollon. de pron. p. 68. Quamquam etiam haec interdum nominativi formam servant: Androm. 119 δυςτυχὴς γέρον et fortasse Med. 124 παμφαὴς ἀκτὶς et Alc. 622 ἀνδρῶν φεραίων δυςμενὴς παρουσία, nisi his locis nominativus verus positus est perinde atque in Soph. Electr. 922 ὦ δυςτυχής, qua exclamatione Chrysothemis fratrem mortuum lamentatur; porro ap. Soph. Phil. 827 ὕπν' ὀδύνας ἀδαής et Oed. T. 151 ὦ Διὸς ἀδυεπὴς φάτι. Sed hoc loco in codd. etiam ἀδυεπὲς scriptum legitur, quod recepit Neuius comparans Ἥρη ἀπτοεπές in Il. 8, 209 et Αἶαν ἁμαρτοεπές Il. 13, 824 et recte fortasse. Nam quod Hermannus ad h. l. sibi masculinam vocativi formam apud Sophoclem, quum poetica forma in εια terminari soleat, valde displicere dicit, intelligere non possum, cur ei in vocativo magis quam in nominativo forma masculina displiceat, quum, si femininum in εια terminari soleat, neque ἀδυεπὴς neque ἀδυεπὲς cum φάτι conjungi debuerit. Probabiliter etiam Bothius in Aristoph. Amphiar. frag. 7 Ἰασοῖ πρευμενές pro πρευμενής scripsit, atque similiter in Georg. frag. 7 ὦ πόλι φίλη Κέκροπος αὐτοφυὲς Ἀττικὴ legitur.

Tria etiam substantiva oxytona, quae secundum legem modo propositam in vocativo nominativi exitum servare debebant, vocalem tamen corripiunt et quidem accentu retracto. Vocabuli πατὴρ vocativus πάτερ infinitis locis legitur, uno tantum nominativi formam retinet in Hec. 529 ὦ παῖ Πηλέως, πατήρ δ' ἐμός, sed hic propter pronomen ἐμός appositum, quod casum vocandi fingere non potuit, etiam πατὴρ hanc formam servare debuit cf. infra. De accentu vocativi πάτερ Eustath. p. 630, 20 annotat τὺ πάτερ ὀφεῖλον ὀξύνεσθαι κατὰ τὴν οἰκείαν εὐθεῖαν βαρύνεται διὰ τὰ οἰκεῖα συγγενικὰ τὸ μῆτερ καὶ θύγατερ idemque tradit Bekk. Anecd. 1239 de hoc et duobus similibus vocabulis ἀνήρ, cujus vocativus ἄνερ e. g. in Androm. 349 exstat, et δαὴρ δᾶερ, cujus exemplum non inveni. In δᾶερ alia ratio non quadrat, sed accentum τοῦ ἄνερ et πάτερ Schol. ad Dionys. p. 929, 10 ex generali lege, qua τὰ εἰς ρ βραχυκατάληκτα βαρύνονται, repetit.

Sed tria etiam vocabula, quae longam vocalem in casibus obliquis habent, eam contra regulam principem in vocativo corripiunt. De Ἄπολλον et Πόσειδον agit Theodos. grammat. in Bekk. Anecd. 987: τὰ εἰς ἀμετάβολον λήγοντα ἀποβάλλοντα τῆς γενικῆς τὴν ἐσχάτην τὸ ος ποιεῖ τὴν κλητικήν, ἄρσενος, ἄρσεν, Μαχάονος Μαχᾶον πλὴν τοῦ ὦ Ἄπολλον ὦ Πόσειδον, ταῦτα γὰρ φυλάξαντα

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

τὸ ῶ ἐν τῇ γενικῇ οὐκ ἐφύλαξαν καὶ ἐν τῇ κλητικῇ αὐτό. Tertium vocabulum, quod, quamquam in Bekk. Anecd. 986, 14 cum ἄνερ, πάτερ, δᾶερ componitur, his adnumerandum est, σωτὴρ σωτῆρος σῶτερ, quod exstat ap. Aristoph. Thesm. 1009 et aeque atque illa in dei invocatione usurpatur. Sophocles, apud quem σωτήρ in Electr. 1346 in hominis appellatione legitur, nominativo utitur dicens ὦ μόνος σωτὴρ φανείς cf. infra.

Praeterea in his tribus deorum nominibus idem valet, quod in illis, quae paullo ante attulimus, ut accentus retrahatur, quod vehementiore exclamatione effici vel exempla primae et secundae declinationis docent ὦ δέσποτα et ὦ δελφε (Arist. Ran. 58 et 64). Maxime accentus vocativi Πόσειδον offendit, quippe cujus forma propria Ποσείδαον sit a nominativo Ποσειδάων declinata. De retractione accentus in vocativo σῶτερ Eustath. p. 630, 20 dicit: τὸ σῶτερ ἡ πρὸς τὸ πάτερ συνεκδρομὴ ἐβαρυνε· grammaticus Bekkeri Anecd. 1239 pseudoaeolicam hanc vocativi formam vocat.

Restat, ut de vocativo eorum vocabulorum, quae in tres ordines, de quibus adhuc diximus, referri non potuerunt, nonnulla afferamus.

Substantiva feminina in ώ vocativum in οῖ formant Eur. Helen. 375 ὦ Καλλιστοῖ, Aesch. Prom. 636 Ἰοῖ, Arist. Eq. 529 Δωροῖ, Lys. 78 Λαμπετοῖ, Lys. 203 Πειθοῖ, Aristoph. frag. Amphiar. 7 Both. Ἰασοῖ. Lobeckius in Rhem. p. 327 Herodiano, qui ῖ vocativi ex antiqua nominativi scriptura η Σαπφοῖ ortum habere putat, assentitur; Georg. Curtius in Act. Diurn. 1848 p. 168 Buttmanni sententiae vocabula in ω primitus in ν exiisse existimantis adstipulatur et ῖ ut in Aeolico τύπτοισα pro τύπτονσα restituendo ν inservire opinatur. Eadem inaequalitas est in χελιδών, ἀηδών χελιδοῖ Arist. Av. 1411 et ἀηδοῖ Av. 678 (de vocativo χελιδόν cf. Buttm. I p. 179). Eandem legem sequuntur etiam vocabula in ως in communi sermone, sed αἰδώς propter significationem suam nominativi formam habet in Iph. Aul. 811 ὦ πότνι' αἰδώς.

Adjectivum μέγας apud Aeschylum quidem in Sept. 802 a forma ΜΕΓΑΓΟΣ vocativum μεγάλε declinat cf. Herm. ad h. l., apud reliquos scriptores nominativus vocativi vicibus fungitur Rhes. 377 μέγας ὦ βασιλεῦ Soph. Oed. Col. 1469 ὦ μέγας αἰθήρ, ὦ Ζεῦ perinde atque πολὺς in Aesch. Pers. 249 ὦ Περσὶς αἶα καὶ πολὺς πλούτου λιμήν.

Postremo animadvertendum est *nullum tertiae declinationis participium* unquam vocativi formas per regulas modo propositas concessam assumere, sed semper nominativi terminationem servare, quam legem in E. M. 266, 44 explicatam invenies; αἱ μετοχαὶ καὶ τὰ μετοχικὰ ὀνόματα τὰς αὐτὰς ἔχουσιν ὀρθὰς καὶ κλητικάς cf. Bekk. Anecd. 1183.

Haec fere, qualiacunque sunt, de forma vocativorum tertiae declinationis dicere habuimus. Iam vero *de accentu* quaedam addere nos oportet.

Vocabulorum disyllaborum barytonorum et oxytonorum accentus nihil difficultatis habet, quum praeter illa exempla, quae jam supra adnotavimus, leges accentuum generales sequatur. Consideranda igitur hic erunt tantum vocabula barytona duabus plures syllabas habentia.

Bekk. Anecd. II, 1242 de vocabulis in ης praescribit: τὰ εἰς ης ἐπίθετα βαρύτονα σύνθετα ἀπὸ οὐδετέρων ἔχοντα τὴν κλητικὴν εἰς ες προπαροξύνεται εὐμήκης εὔμηκες, ἐπιμήκης ἐπίμηκες κοκόηθες, σύνηθες, παμμέγεθες· τούτοις ἠκολούθησαν καὶ τὸ φιλαλήθης φιλάληθες, μισαλήθης μισάληθες· τὰ παρὰ τὸ ἔτος ὁ τριετής πενταετής παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις παροξυτονούμενα κατὰ τὴν εὐθεῖαν ἐν τῇ κλητικῇ προπαροξύνονται οἷον πεντάετες. τὰ παρὰ τὸ ἀντῶ καὶ παρὰ τὸ ἀρκῶ καὶ τὰ παρὰ τὸ ἄδειν καὶ παρὰ τὸ ἀκὴ βαρυτονούμενα κατὰ τὴν εὐθεῖαν ἔχουσι τὴν κλητικὴν προπαροξύτονον οἷον κάταντες, πρόσαντες, αὔταρκες, ὀλίγαρκες, αὔθαδες, ταύνηκες, ἄμφηκες.

Ibidem praecipitur: προπαροξύνονται κατὰ τὴν κλητικὴν τὰ ἐς ης κύρια σύνθετα ἔχοντα τὴν κλητικὴν ἐς ες δηλονότι βαρυτονούμενα κατὰ τὴν εὐθεῖαν οἷον Ἀριστόφανες, Δημόσθενες, Πολύδευκες. Πάντα δὲ τὰ διὰ τοῦ ωδης, ὡς εἴρηται, προπερισπῶνται κατὰ τὴν κλητικὴν δυςῴδες, εὐῴδες καὶ τὰ διὰ τοῦ ωλης καὶ τὰ διὰ τοῦ ηρης καὶ τὰ διὰ τοῦ ωρης.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De vocabulis in ῆρ ibidem 1244 hoc praeceptum proponitur: τὰ εἰς ῆρ παροξύτονα, ὅταν ἔχωσι τὴν κλητικὴν εἰς ερ, προπαροξύνονται κατὰ τὴν κλητικὴν e. g. Δήμητερ, εὔνατερ.

Vocabula in ωρ, quae omnia composita sunt, in syllaba proxima ultimae retinent Πολυμῆστορ, ἀλεξῆτορ, παιδολέτορ, παμμῆτορ, ἐφάπτορ. Ex Bekk. Anecd. 1244 intelligimus jam antiquis temporibus accentum horum vocabulorum fluctuasse neque solum παγκράτορ, sed etiam παντόκρατορ, quem accentum Buttm. § 45 adn. 4 allato αὐτόκρατορ videtur probare, scriptum esse. Nam grammaticus edicit: ἰστέον, ὅτι πταίουσιν οἱ λέγοντες ὦ παντόκρατορ κατὰ τὴν κλητικὴν προπαροξύνοντες. δέον γὰρ ὁμοτόνως τῇ εὐθείᾳ λέγειν παροξυτόνως οἷον ὦ παντοκράτορ etc. Codd. modo hunc modo illum accentum exhibent et e. g. in Sophoclis Ajace, ubi vera scriptura προπάτωρ est, alii προπάτορ, alii πρόπατορ praebent.

De vocabulis in ων barytonis Eustath. p. 402, 15, quocum cf. Herodian. Lehrs. p. 216, hanc regulam proponit: τὰ εἰς ων βαρύτονα μακρᾷ παραλήγοντα ἔχοντα κλητικὴν εἰς ον περισπῶνται ἁπλᾶ ὄντα οἷον ὦ Μαχᾶον ὦ Ἀρετᾶον ὦ ἱκετᾶον. σύνθετα ὄντα ἀναδίδωσι τὸν τόνον κυλλοπόδιον, Ποσείδαον, ὀλβιόδαιμον. Quocum praecepto concinunt et grammatici Bekk. Anecd. 1244 et E. M. 130, 32, qui Λακεδαῖμον et Παλαῖμον excipiunt et quosdam etiam Εὐδαῖμον properispomenos scripsisse docent, ut nomen proprium ab epitheto εὔδαιμον discernerent. Sed ipsum adjectivum εὔδαιμον in codd. interdum εὐδαῖμον scribitur e. g. in Aesch. Prom. 648. Secundum hanc a grammaticis prolatam regulam cum proparoxytonesi scribendus est vocativus δύςδαιμον, ὀλβιόδαιμον, κακόδαιμον et etiam in Soph. Electr. 147, si non παντλάμων vera scriptura esset, πάντλαμον, non παντλᾶμον, ut in codd. invenitur, scribendum esset. Sic etiam in Demosth. orat. I adv. Aristog. p. 187 Ἀριστόγειτον secundum praeceptum grammaticorum consignandum est, quamquam Bekkerus Ἀριστογεῖτον exhibuit. De nominibus compositis in μεδων exeuntibus Eustath. p. 1115, 18 praecipue statuit: αἱ κλητικαὶ τούτων i. e. τῶν ἐς μεδων ληγόντων καὶ συνθέτων ὀνομάτων ἀναπέμπουσι τὸν τῆς εὐθείας τόνον διὰ τὴν σύνθεσιν ὦ Αὐτόμεδον καὶ Ἀλκίμεδον, ex quo consequitur etiam ἁλίμεδον in Arist. Thesm. 323 scribendum esse. Ceterum haec lex jam continetur illa modo allata, quae omnia composita comprehendit, eique adstricta sunt et χαμαίλεον, ἐνόσιχθον, Ἀγάμεμνον, quae pro exemplis proponuntur ab E. M. l. c. Ex ea lege eximenda sunt tantum vocabula in φρων composita, quae omnia in proxima ultimae accentum retinent velut δαΐφρον καὶ περίφρον, ὀνειρόφρον, ταλαΐφρον cf. Theodos. 1104, 11 et grammat. Bekk. 1245.

Postremo mihi liceat unam de vocabulis in ων regulam, cujus quidem exemplum apud nostros poetas non invenimus, ex E. M. 235, 1, cum quo congruunt Philem. p. 50 et Bekk. Anecd. 1245, hic describere: τὰ εἰς ων συγκριτικὰ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ἀναβιβάζουσι τὸν τόνον ἐπὶ τῆς κλητικῆς ἀρείων ἄρειον, βελτίων ὦ βέλτιον, ὦ γλύκιον.

De pronominum similiumque vocabulorum vocativo.

In universum de hujusmodi vocabulis valet, quod Apollon. de pron. p. 68 edicit: εἴ τι κλητικὴν ἔχει, πάντως καὶ εὐθεῖαν· οὐ μὴν εἴ τι εὐθεῖαν, πάντως καὶ κλητικήν· οὔτε γὰρ τὰ πύσματα οὔτε τὸ ἄλλος οὔτε τὸ ἐκεῖνος· ὅθεν εἰ τὸ σὺ κλητικῆς, πάντως καὶ εὐθείας cf. Priscian. I, 571 Kr. Sed de singulis agamus.

Ex *pronominibus personalibus* neque primam neque tertiam personam ad vocativos formandos aptum esse et per se clarum est et a grammaticis diserte traditur ut in Bekk. Anecd. p. 917 πρῶτον μὲν πρόςωπον οὐ δύναται ἔχειν ἡ κλητική· οὐδεὶς γὰρ ἑαυτὸν καλεῖ, quibuscum cf. Apoll. de synt. 254, 10; ἀλλ' οὐδὲ μὴν τρίτον. τὸ γὰρ τρίτον ἄπεστιν, οὐδεὶς δὲ φρονῶν τὸν ἀπόντα καλεῖ, cf. Apoll. de pron. p. 25. Sed secundae personae vocativus legitimus est quamvis forma a nominativo non diversus, ut eodem loco pronunciatur: ἐπειδὴ δὲ ἡ κλητικὴ πρὸς δεύτερον πρόςωπον

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ποιεῖται τὸν λόγον, ἀναγκαίως δεύτερον πρόςωπον ἔσχηκε et fuerunt grammatici, qui Tryphone duce *σὺ* omnino non nominativum, sed vocativum esse contenderent, quos Apollon. de pron. p. 65 et de synt. p. 214 seqq. refutat cf. Priscian. II p. 99 Kr.

E *pronominibus possessivis*, quae a secunda persona declinata sunt, vocativum non admittere consentaneum est, quod diserte traditur in Bekk. Anecd. 917, 21 *τὰ δεύτερα κλητικὰς οὐκ ἔχουσιν* cf. Priscian. l. c., quae vero a tertia persona ducuntur, quominus vocativum assumant, nihil impedimento est, quamvis teste eodem grammatico in usu non sit: *τὰ μέντοι τρίτα ἠδύναντο μὲν ἔχειν κλητικάς, οὐχ εὑρέθησαν δὲ ἐν χρήσει*, quocum concinit Apollon. de synt. p. 219, 228 dicens: *ἥ γε μὴν (κλητικὴ) κατὰ τρίτον ὑπὸ μὲν τοῦ λόγου συνίσταται· οἷόντε γὰρ τό τινος κτῆμα προςφωνεῖν, ὡς ἔστιν ἐπινοῆσαι κἀπὶ τῶν κτητικῶν ὀνομάτων. καὶ ταῦτα γὰρ ἐν δυσὶν τρίτοις καταγινόμενα ἔχει χρῆσιν τῆς κλητικῆς Ἀριστάρχειε, ἀνδρεῖε, αἰώνιε· ὅπερ ἂν συμβαίη κἀπὶ τῶν ἀντωνυμιῶν· συσταίη γὰρ ἂν ἡ σφέτερε· οὔγε μὴν τὰ τῆς χρήσεως ἐγένετο ἡμῖν ἐμφανῆ*, quibus verbis componas de pron. p. 27: *οὐδὲν τὸ κωλῦον φάναι Ἀριστάρχειε οὐδὲ τὸ σφέτερε ἄρα ἀπόβλητον* cf. Priscian. II p. 103 Kr. Sed quae a prima persona descendunt, et potestatem vocativi fingendi habent et re vera fingunt, cujus generis exempla Apollon. de pron. p. 26 et de synt. p. 219, 16 *ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη* Od. I, 45 *παῖδες ἐμοί* Od. III, 475 *ὦ ἐμαὶ τοῦ ἀπιόντος ἄγκυραι* Callim. frag. 97 affert. Sed tamen ne cum accusativo pronominis personalis vocativi forma congruat, Attici in vocativo singulari nominativi *ἐμὸς* exitum servant eique substantivi appositi vocativum assimilant ut praeter Apollonium docet Eustath. 1871, 21 *τὸ γαμβρὸς ἐμὸς* (Od. 19, 406 *γαμβρὸς ἐμὸς θύγατέρ τε*) *ἀντὶ τοῦ ὦ γαμβρὲ ὡς δηλοῖ τὸ θύγατερ ἐπαχθέν. κωλύει δὲ τὸ εἰπεῖν γαμβρὲ κατὰ κλητικὴν ἡ ἐμὸς ἀντωνυμία ἧς οὐκ ἔστι κλητικὴ διὰ τὴν συνέμπτωσιν τὴν πρὸς ἑτέραν ἀντωνυμίαν αἰτιατικὴν τὴν ἐμέ.* Idem adnotat Schol. ad Eur. Hec. 529, ubi legitur *ὦ παῖ Πηλέως πατὴρ δ' ἐμός* hanc formationem Atticam vocans ut grammat. Bekk. Anecd. 917, 21; haec eadem regula valet fortasse de loco Iph. Aul. 1123 *ὦ πότνια μοῖρα καὶ τύχη δαίμων τ' ἐμός.*

Pronomina reflexiva et propterea, quod ab *αὐτὸς* vocativo carente composita sunt, et propter significationem a vocativo fingendo exclusa esse tradit grammaticus in Bekk. Anecd. 918, 25.

Pronomina relativa non ea solum, quae vulgo hoc nomine designantur, sed etiam quae ut *αὐτὸς*, de quo cf. Apollon. de adv. p. 25 et de pron. p. 218, 17, intellectu latiore sic vocantur, item atque *pronomina interrogativa*, de quibus cf. Apollon. de pron. p. 25 et 68 et Philem. p. 26, propter ipsum significatum vocativo exclusa esse necesse est cf. E. M. 643, 26 et 67, 5 et Priscian. I p. 571 et II p. 101 Kr.

Sed e *pronominibus demonstrativis* vocabuli *οὗτος* significatio permittit, ut in vocandi casu ponatur, *ἐκεῖνος* vero propter ipsam pronominis vim a vocativo exclusum est. Nam *ἐκεῖνος* absentem significat aut eo certe intervallo distantem, ut vox clamantis ad ejus aures non perveniat, *οὗτος* autem etiam proprius stantem denotat cf. Apollon. de pron. p. 21. Non recte igitur E. M. 643, 26 dicit *ἡ κλητικὴ ὦ οὗτος Ἀττικῶς ὁμοίως καὶ τὸ ἐκεῖνος*, quia *ἐκεῖνος* in vocativo neque reperitur neque omnino poni potuit, ut diserte tradit Apollon. de pron. 25 et 72 et de synt. p. 218, 24, quo posteriore loco veteres scriptores, qui *ὦ οὗτος* usurpaverant, contra grammaticorum quorundam reprehensionem defendit. Ipse Apollonius hujus vocativi *ὦ οὗτος*, cujus formam Homerico *δὸς φίλος* Od. 17, 415 et Atticorum more excusat, haec exempla profert: ex Sophron. *ὦ οὗτος, οἴῃ στρατείαν ἔσεσθαι*, ex Cratin. *οὗτος καθεύδεις;* ex Aristoph. Vesp. 1 *οὗτος, τί πάσχεις, ὦ κακόδαιμον Ξανθία*, quibus addas ex Sophocl. Aj. 89 *ὦ οὗτος Αἴας*, quem ad l. cf. Lobeck., et Oed. Col. 1627 *ὦ οὗτος, οὗτος Οἰδίπους* Eurip. Alc. 790, Aristoph. Vesp. 1233 *Ὦνθρωφ' οὗτος ὁ μαινόμενος* Pac. 164 *ἄνθρωπος οὗτος ὁ χέζων* cf. Bekk. Anecd. 917 et 920.

Vocativo destituta sunt porro *vocabula partitiva* sive *distributiva*, quae Graece *ἐπιμεριζόμενα* dicuntur, qualia sunt *ἕτερος*, *ἄλλος*, de quo praecipue Apollon. de pron. p. 41 agit, *ἑκάτερος* E.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

M. 320, 18 et 67, 2 et Philem. p. 26 et *numeralia*, quae significationis necessitudine cum his conjuncta sunt ut Apollon. in Bekk. Anecd. 1340 diserte docet.

Sed vocabula, quae *πρός τι* vocantur, cujus generis sunt *δέξιος*, *ἀρίστερος*, *ἀνώτερος*, *κατώτερος*, *ὕστερος*, *πρότερος* alia quominus vocandi casum assumant, significatio non impedit, quamquam in usu non inveniuntur.

II. De vocativi significatione et constructione.

In iis, quae adhuc tractavimus, nominativi formam loco vocativi poni saepissime adnotavimus. Sed ab his exemplis separanda sunt ea, in quibus nominativum ipsum exclamationis vim habere intelligitur vel ex compositione talium formarum, quales sunt *ὦ κλεινὸς πόσις*, *ὦ κακὸς εὐνάτωρ*, quas statim afferemus, vel ex apposito articulo, cujus generis sunt *ὁ παῖς ὁ Ξανθίας*. Non accurate igitur Eustath. p. 1469, 58 *Αἴας*, quod non nominativum, sed, id quod perspexit Apollon. de synt. p. 51, 5, vocativum forma nominativi praeditum esse adjectus compluribus locis vocativus *φίλτατε* docet, et *ὁ παῖς* componit dicens: *εὐθείαις ἀντὶ κλητικῶν κέχρηνται οἱ Ἀθηναῖοι λέγοντες ἀντὶ τοῦ Αἶαν Αἴας ὡς παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ κεῖται καὶ ὁ παῖς ὁ Ξανθίας παρὰ τῷ κωμικῷ ἀντὶ τοῦ ὦ παῖ καὶ ὦ Ξανθία.*

Maxime hic nominativus cum vi exclamationis usurpatur in invocandis rebus inanimatis vel notionibus, quae propter ipsam hanc significationem in communi usu appellari non solent, qualis sunt in Soph. Phil. 1 *ἀκτὴ ἄστειπτος* Oed. T. 1399 *ὦ δρυμὸς καὶ στενωπός* Antig. 822 *ὦ τύμβος ὦ κατασκαφὴς οἴκησις ἀείφρουρος*, 1270 *ὦ δυςκάθαρατος Ἅιδου λιμήν*, in Eurip. Hippolyt. 1120 *ὦ δρυμὸς ὄρειος* Alc. 586 *ὦ πολύξεινος καὶ ἐλεύθερος οἶκος* Iphig. T. 543 *ὦ συνταραχθεὶς οἶκος* et in Soph. Philoct. 1349 *ὦ στυγνὸς αἰών* 1546 *ὦ κτύπος*, in Eurip. Hippolyt. 1335 *ὦ πόνος οἴκων* 1368 *ὦ δύστανος ἀρά* Androm. 1165 *ὦ γάμος* Troad. 108 *ὦ πολὺς ὄγκος* Heracl. 743 *ὦ παννύχιος σελάνα* Helen. 623 *ὦ ποθεινὸς ἁμέρα*, quibus fortasse illa, quae supra attulimus, addenda sunt: *ὄρνις*, *ἀλκυών*, *φύσις*, *πρόςοψις*, *πόλις*, *πατρίς*, *ἀκτίς*, *κρηπίς* et ipso cum articulo talia vocabula connexa inveniuntur: Aristoph. Eccl. 573 *ἡ χύτρα* Soph. Philoct. 867 *φέγγος ὕπνου διάδοχον τότ' οἰκούρημα* v. 986 *ὦ Λημνία χθὼν καὶ τὸ παγκρατὲς σέλας*, qualibus solis locis in substantivis neutris discerni posse, utrum in vocativo an in nominativo posita sint, jam in prooemio diximus. Sed interdum etiam hujus generis vocabula in genuino vocativo posita reperiuntur ut in Soph. Oed. T. 380 *ὦ πλοῦτε καὶ τυραννί* Arist. Nub. 6 *ὦ πόλεμε* Eq. 1249 *ὦ στέφανε* Aesch. Prom. 90 *παμμῆτορ γῆ*, cui paullo ante v. 88 eodem significatu nominativus *ὦ δῖος αἰθήρ* praecesserat, Arist. Nub. 265 *ἀμέτρητ' ἀήρ* praecedente *λαμπρὸς αἰθήρ*, Aeschin. contr. Ctesiph. p. 96 *ὦ γῆ καὶ ἥλιε καὶ ἀρετὴ καὶ σύνεσι καὶ παιδεία.*

Verumtamen non tantum res inanimatae, sed etiam personae et quidem praesentes interdum per nominativum appellantur ut in Helen. 1399 *ὦ κλεινὸς ἡμῖν πόσις* Jon. 911 *ὦ κακὸς εὐνάτωρ* et in Phoen. 184 *ὦ πολύμοχθος Ἄρης* Aesch. Sept. 101 *παλαίχθων Ἄρης* et in Soph. Trach. 1029 *ὦ γλυκὺς Ἅιδας ὦ Διὸς αὐθαίμων* dii, qui vulgo in vocativo appellantur, in nominativo invocantur. In his ut in populi appellatione Aesch. Eum. 673 *κλύοιτ' ἂν ἤδη θεσμὸν Ἀττικὸς λεώς* (cf. Liv. I, 24 audi populus Albanus) pleniore nominativi forma sollemnior quodammodo et magnificentior videtur fieri appellatio. Interdum nominativi in personarum allocutione praecedentibus acclamationibus ortum videntur debere ut in Sophocl. Phil. 530 *ὦ φίλτατον μὲν ἦμαρ, ἥδιστος δ' ἀνήρ, φίλοι δὲ ναῦται πῶς ἂν ὑμῖν* etc. et in Electr. 1346 *ὦ φίλτατον φῶς, ὦ μόνος σωτὴρ ἀνὴρ* et *σωτήρ* praegressis *ὦ ἦμαρ* et *ὦ φῶς* assimilata esse veri non absimile est.

Exemplis ab Eustathio l. c. allatis *ὁ παῖς* Arist. Ran. 40 et 521 *ὁ Ξανθίας* ibid. 271 addi possunt ex eodem poeta, *ὁ Καρίων*, *ὁ Περιστίαρχος*, *ἡ κομμώτρια*, *ἡ κιθαρῳδός*, *ἡ Πρόκνη*, *αἱ*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Σπονδαί, ὁ Λιτύλας ἢ ὦ Σκεβλίας ἢ ὦ Παρδόκας. In his locutionibus nominativus addito articulo appellationi aliquid vivacitatis sermoni quotidiano non absonae videtur addere, in Sophocleo vero (Antig. 940) *λεύσσετε οἱ κοιρανίδαι* articulo eadem intentio videtur effici, quae in paullo ante allatis fit pleniore nominativi exitu. Id quod apparet ex iis locis, ubi praecedente invocatione altera cum vi quadam adjungitur: Aesch. Sept. 120 seqq. *σύτ' - Παλλάς ὅ θ' ἵππιος παντομέδων ἄναξ* Eurip. Bacch. 931 *ἔκτεινε Ἀγαθὴ χεῖρας αἵθ' ὁμόσποροι Κάδμου θύγατρες* Thucid. II, 11 *ἄνδρες Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξίμμαχοι.*

Appellationi nominativum articulo praeditum tum addi necesse est, si aliquid ad eam accuratius definiendam subjungitur e. g. in Aesch. Sept. 69 *ὦ Ζεῦ — Ἀρά τ' Ἐρινὺς πατρὸς ἡ μεγασθενὴς* Arist. Ran. 1519 *δαίμονες οἱ κατὰ γαῖαν* Thesm. 136 *ὦ γυναῖκες αἱ καθήμεναι* Av. 30 *ἄνδρες οἱ παρόντες;* interdum tali additamento praecedens appellatio assimilatur et in nominativum mutatur: Ion. 468 *μόλε σὺ πότνια Νίκα καὶ παῖς ἁ Λατογενής* Soph. Aj. 704 *ἄναξ Ἀπόλλων ὁ Δάλιος.* Necessarius porro est nominativus articulo instructus, quum appellatio complures comprehendens in partes dividitur: Soph. Trach. 201 *φωνήσατ' ὦ γυναῖκες αἵτ' ἔσω στέγης αἵτ' ἐκτὸς αὐλῆς* Soph. Antig. 1109 *ἴτ' ὀπάονες οἵτ' ὄντες οἵτ' ἀπόντες.*

E contrario personae absentes, quas in nominativo appellari naturae magis consentaneum fuit, saepius per vocativum appellantur ut in Soph. Oed. T. 1394 *ὦ Πόλυβε* Antig. 568 *ὦ Αἷμον,* ex quo vocativum ipsum exclamationis vim habere apparet, id quod etiam ii loci confirmant, in quibus vocativus mediam in orationem, cum qua nihil societatis habet, inseritur ut in Eur. Med. 149, ubi una pars chori alteram ita alloquitur: *ἄϊες, ὦ Ζεῦ καὶ γᾶ καὶ φῶς,* ad quem locum Schol. annotat: *τὸ ἄϊες ὁ Δίδυμος πρὸς τὰς τοῦ χοροῦ φησὶ λέγεσθαι ὡς ἠκούσατε καὶ πρὸς τὸν Δία· ἐν ἤθει οὖν τὸ Ζεῦ καὶ γᾶ καὶ φῶς* et similiter Schol. ad Aesch. Sept. 138 dicit: *τὸ πότνια Ἥρα καὶ τὸ Ἄρτεμι φίλα ἐπιφωνήματά ἐστι πρὸς τοὺς θεοὺς διὰ μέσου τῶν στεναγμάτων λεγόμενα* et Bekk. Anecd. 570, 15 *ἀπὸ κλητικῆς πολλάκις ἐπιρρήματα καὶ συντάξεις γίγνονται ὡς Δάματερ, Ἡρακλες, τάλαν* cf. Lehrsium ad Herodian. p. 356. Cum loco Euripideo, de quo praeterea Schoene adeas, cf. Eur. Orest. 1487 et Soph. Aj. 173.

Veteres grammatici casum vocandi vulgo appellant *ἡ κλητική*, sed in Bekk. Anecd. p. 636 et 862 ei etiam nomen *προσαγορευτική* tribuitur, quae nomina quamquam eundem casum significant, tamen ex diversa ejus casus natura ortum videntur duxisse. Vocativus enim casus adhibetur et ad vocandum et ad appellandum, propter quam posteriorem sententiam ei alterum nomen *προσαγορευτική* inditum esse significat explicatio grammatici dicentis: *τὴν κλητικὴν προσαγορευτικὴν εἶπεν* (sc. Dionysius) *ἐπειδὴ προσκαλούμενοί τινα καὶ ἀσπαζόμενοι ταύτῃ πάλιν χρώμεθα.* Nominativo propter insitam naturam, quum rerum et personarum nomina exhibeat, exclamationis tantum partes videntur convenire, quippe quae non ipsas personas vel res appellet, sed quae sint, declaret et de iis tanquam de absentibus aliquid pronunciet. Sed quum in dicentis arbitrio positum sit, utrum de re vel persona praesente tanquam de absente loquatur, an de absentibus ut de praesentibus, factum est, ut nominativus vocativi vicibus et contra fungi videatur, sic ut nominativus appellandi vel vocandi, vocativus exclamandi partes in se recipiat. Accedit igitur ad duas illas significationes vocandi et appellandi, quae vocativo primitus insitae sunt, etiam tertia exclamandi. Quum praeterea quaedam vocabulorum terminationes ad praecipuos vocativos fingendos minus aptae essent et aurium sensus interdum pleniores nominativi formas tenuioribus vocativi praeferret, accidit, ut paulatim omne fere horum casuum discrimen evanesceret, et quamquam in nostra quaestione quasdam vicissitudinis rationes indagasse nobis videmur, tamen non multum abest, quin hos duos casus quamvis natura diversos promiscue quodammodo a Graecis usurpatos esse pronunciemus.

De constructione haec duo tantum, quae afferamus, habeamus. Primum enim saepissime vocativus singularis numeri verbo secundae pluralis jungitur, qua dicendi ratione ii utuntur, qui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

complures quidem simul, sed unum eorum praecipue alloquuntur, qua de re cf. Lobeck. ad Aj. 191, qui hoc genus ad schema *κατ' ἐξοχὴν* pertinere docet, et Matthiaeum § 312, 2. Exempla, quae ipse legi, haec sunt: ap. Soph. in Oed. Col. 1704 *ὦ τέκνον ἦ πάρεστον*, 1106 *προσέλθετ' ὦ παῖ*, 1114 *ἐρείσαι' ὦ παῖ πλευρὸν ἐμφύντε* quibus locis Oedipus Antigonam solam quidem alloquitur, sed simul Ismenen significat. Ap. Eurip. Helen. 703 *Μενέλαε προςδότε* nuncius Menelaum alloquens chorum quoque respicit, in Iph. Aul. 1374 *μῆτερ εἰςακούσατε* Iphigenia Aegisthum simul intelligit, in Herc. fur. 652 *μέθεσθε γύναι* liberi etiam designantur. In Sophocl. Philoct. 369 *ὦ σχέτλι' ἦ τολμήσαι' ἀντ' ἐμοῦ* Buttmannus singulari locum esse negans aut cum Heathio *σχέτλιοι ἦ* per synizesin aut *σχέτλιοι* sine *ἦ* scribendum judicat. Sed jure Hermannus, quum illud falsum, hoc non necessarium sit, Buttmanni sententiam reprehendit et singularem retinendum esse evincit. Agamemnonem enim, quippe cujus summum imperium sit, Neoptolemus potissimum alloquitur, quamquam et ei et Menelao respondet. Brunckius ad h. l. ablegat ad suam adnotationem ad Aristoph. Ran. 1479, ubi *χωρεῖτε τοίνυν ὦ Διόνυσε* scriptum est.

Jam restat, ut de vocativi attractione sive potius assimilatione pauca dicamus. In Sophocl. Philoct. 761 *ἰὼ δύστηνε σὺ*

δύστηνε δῆτα διὰ πόνων πάντων φανείς·

Hermannus attractionem esse explicat eademque est Buttmanni sententia, sed hic mirum sane in modum *δύστηνε* non per sequentem vocativum *φανεὶς* positum, sed praecedenti *δύστηνε σὺ* assimilatum putat. Lobeckius vero ad Aj. 694 in hujusmodi exemplis *ὦ δύστηνε φανεὶς* et *ὦ πολύκλαυτε θανών*, quod Bernhardy Synt. 465 ex Aeschyl. Pers. 674 affert, quibus exemplis ex Aristoph. Eq. 1318 *ὦ ταῖς ἱεραῖς ἐπίκουρε φανεὶς νήσοις* et Eurip. Troad. 1239 *σύ' ὦ ποτ' οὖσα καλλίνικε μυρίων Μῆτερ τροπαίων* addas licet, attractioni locum non esse, sed eodem modo, quo ceteri casus *ὁ πολύκλαυτος θανὼν αὐτοῦ πολυκλαύτου θανόντος* constructa esse judicat. Quod si verum esset, in iis potius locis, in quibus nominativus participio adnectitur ut in eodem Philocteta 1446 *ὦ φθέγμα πέμψας, χρόνιος δὲ φανείς* Arist. Thesm. 912 *ὦ χρόνιος ἐλθών* aliquid enormitatis inesse putandum esset. Sed Lobeckii sententiae refragatur Apollonii de synt. p. 258, 28 praeceptum diserte pronunciantis: *οὐ συνίσταται ἡ ὢν μετοχὴ μετὰ κλητικῶν· οὐ γάρ φαμεν ἄνθρωπε ὤν, ἄνθρωπος δὲ ὤν*, quamobrem assimilationem non statuere non possumus. Eadem assimilatio obtinet in iis locis, in quibus imperativus vel optativus legitur neque est, cur non cum Hermanno in Soph. Aj. 694 *Πὰν ἁλίπλαγκτε φάνηθι* verba *ἁλίπλαγκτε φάνηθι*, „per mare huc ades" conjungamus, quamquam hujus generis exempla rariora et dubia sunt. In Sophocl. Phil. 828 *Ὑπν' ὀδύνας ἀδαής, Ὕπνε δ' ἀλγέων εὐαής ἡμῖν ἔλθοις* Hermannus antea *εὐαὲς* casu vocandi scribere voluit, sed ipse post hanc sententiam retractavit. Idem Hermannus ad l. Philoct. ad comprobandum hujus attractionis usum exemplum ex Aeschyl. Suppl. 519 *γενοῦ πολυμνήστορ ἐφάπτορ Ἰοῦς* affert, quod, nisi scriptura dubia esset, certum hujus usus exemplum esset et comprobaret Theocritum, quum 17, 66 *ὄλβιε, κῶρε, γένοιο* diceret, antiquiores scriptores imitatum esse.

Prorsus diversa sunt, quae cum his componunt Buttm. l. c. ex Horatio „Matutine pater seu Jane potius audis" et Wuestemannus ad Theocrit. l. c. ex Callimach. frag. 213 *ἀντὶ γὰρ ἐκλήθης Ἴμβρασε Παρθενίου*, quae ita explicanda sunt, ut Buttmannus non explicatum iri opinatur, libentius audis invocationem, quae fit ita: Jane et *ἀντὶ τῆς κλήσεως ὦ Παρθένιε ἐκλήθης τῇ κλήσει· ὦ Ἴμβρασε.*

Dr. A. Lentz.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf